

M P V I

1 6 3 1

Ny
3027



- I. Epithalamia mihi M. Iera conscripta.
- II. Elegia dua mihi et Collegis meis in Senatu conscriptae.
- III. Nuptiis Johannis Grubii et Charitatis Hirscheriana conscripta Caermina.
- IV. Nuptiis Petri Matthaei Wesenbecii et Sarae Osterosia.
- V. Nuptiis Valerii Ruchgeri et Dorotisea Mariae ab Enden.
- VI. Nuptiis Johannis Hamelii et Magdalenae Hulderiana.
- VII. Gratulatio Johanni Fabrius Consuli et Collegis.
- IIIX. Nuptiis Andreae Woltzei.
- IX. Leisepredij L. M. Casparo Ulrich Angelen.
- X. Nuptiis Dn. Rudolphi Principis Anhaltinae et Comitissa in Oldenburg.
- XI. Nuptiis M. Caroli Jacisii.
- XII. ~~Leisepredij~~ Leisepredij L. M. Casparo Ulrich Angelen.
- XIII. Nuptiis Frederici Hamelii.
- XIV. Nuptiis Matthaei Woltzei.
- XV. In Obitum Dorotisea Hagen Dn. Wendelini filio.
- XVI. Propemptica Dn. Martino Fuschio scripta.
- XVII. Nuptiis Dn. Johannis Ernesti Eidermanni.
- XIIIX. Leisepredij Amy. Egidij Wuyntzer gratulatio.
- XIX. Propemptica Dn. Johanni Sturmio scripta.
- XX. In Honorem Magistrus Frederici Steffonis et Ernesti Wulstoppii.
- XXI. Leisepredij L. M. Johanni Brendelio gratulatio.
- XXII. Nuptiis Dni Frederici Grubij.
- XXIII. Leisepredij J. Ernesto von Lotzham gratulatio.
- XXIV. Gratulatio ad Dn. Rudolphum Principem Anhaltinum de filio
nato Johanne.
- XXV. Nuptiis Johannis Mutii.
- XXVI. Leisepredij Amy. Dorschii Eisdelfi Valerii Wulstoppii gratulatio.
- XXVII. Ad Dn. Augustum Homagii accipiendi causa Eruy tu ingressu.
- XXIIIX. Nuptiis Ottonis von Jörn.

XI
In Præmaturum quidem, at verè-Beatum
Ex hac Vitâ Discessum
Puellæ

*Pietate, Elegantiâ Morum, Venustate Formæ
maximè conspicuæ*

CATHARINÆ

Viri Reverendi Clarissimi Humanissimi

D_n. M. ANDREÆ CRAMERI

Ecclesiæ DEI, quæ MAGDEBURGI

ad D. Johannis colligitur,

Pastoris Fidelissimi Meritissimi

Filiæ natu minoris,

Quæ anno 1618. die 6. Julij circa horam 5.

Matutinam nata,

Hujus anni die 5. Julii circa horam 5. Pomeridianam placidissimè in Christo obdormivit; Cum octo annos comple-

visset, deficientibus tantum 12. Horis.



MAGDEBURGI

Excudebat VVendelinus Pohl 1626.

REVIERE
RISIMM
GAA HARRINE

GRAMMARI
DUR MACD...

...

...

...


...

...

...

...





AD

REVERENDUM, CLA-
RISSIMUM AC PRÆSTANTISSIMUM
virum Dn. Magistrum ANDREAM
CRAMERUM &c.

Lugentem

Obitum CATHARINÆ Filix suavissimæ



*St hac grata Deo Pietas, dignissime Præsul,
Lugere prolis funera.*

*Nam docet, exemplisq; probat sacra pagina:
Deflesse mortem pignorum. (Patres*

Ergo tuam luge CATHARINAM morte peremptam,

CRAMERE: sed gaude simul,

Angelico quod Nata choro sociata triumphet

Inter polorum gaudia.

Dilexti Natam: verum superavit amorem

Vestrum Creator siderum.

Ergo majori vos cedite corda minora

Jhovæ, suo qui dirigit

Arbitrio, quicquid mortalibus accidit aegris,

Ipsiquè gates dicite.

Luctus lætitiæ que simul: sic grata Iehovæ

Mixtura fiet: mentibus

Qua

Quae prodelle solet, quae delectare dolentes,
In mortis ipso examine.
Sed quid ago? mihi da veniam, venerande Magister,
Non est meum praescribere
Quidquam, nec volui vobis lugentibus ipse
Suffulciendus robore,
Hac tristi rerum facie: ne pectora moeror
Consumat hisce in cladibus:
Hac intra quae me MAGDBURGICA moenia nuper
Huc expulerunt anxium.
Ergo exul tibi lugenti CRAMERE CREMERVS
Adflictus annisque obsitus
Suppeditem sacro solamen codice? mente
Qui provida solaminis
Hausisti ipse sacris rivis fundamina, quaeq;
Monstras fideli caetui,
Doctiloquo qui pendet ab ore tuo, aede sacrata
Huc qui catervatim adfluit
Turba, o Christe, tui MERITI quae casside tecta est.
Hic saepius (verum loquor)
Est mea mens, costae, prolisq; utriusq; refecta
Miranda λόγος dulcedine.
Inprimis quando certissima regula vitae
Monstratur, & praxis precum:
Tunc Cor exultare solet solamine vivo.
SOLAMEN hoc serua DEVS!

At

*At me compesco. TV NOS, BONE CHRISTE, GUBERNA:
DONEC POLO NOS INFERAS!*

*ABRAAMVS CREMERVS Sile-
sius, Pastor Ecclesiae Lindovienſis,
in Anhaltinatu.*

II.

*Piè Defuncta alloquitur
mœstissimos Parentes.*

*S*icne meum par est obitum lugere, *Parentes,*
Sicne decet lacrymis non statuisse modum,
Sortemq; coelestem invidere *Filiae?*
Quid vos quid moveat, cur hoc me tempore tristi
Ulterius placeat conditione frui
Ruentis in pejora Mundi pristina?
Nomen? At hoc puram vult ac sine crimine vitam
Me Servatori reddere sponte meo,
Quam nulla Mundi vanitas foedaverit.
Forma? Sed hæc fragilis, quantumq; accedit ad
annos,
Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo,
Nec illa paucis subditur periculis.
Sexus? At hic, ubi jam tandem maturior ætas
Succedit, miserâ conditione satis
Inter dolores mille vitam transigit.

A iij

Aetas?

Aetas? Hæc talis, quæ cunctâ à labe remota
Mundi hujus, totam seq; suamq; Deo
Vitam Creatori atq; Mortem consecrat,
Hæc nescit Mundi illecebras; Hæc turpia nescit
Crimina, quæ plures præcipitare solet
Profundam in horrendæ stygis voraginem.
Hæc est, quam verbis invitât suavibus ad se,
Quam toties ad se voce venire suâ
Servator ipse tam benignus præcipit.
Hæc est, sincero quæ corde amplexa Jehovam
Mente humili Domini jussa verenda colit;
Cui regna Christus spondet ipse cœlica.
Et certè præstat, canos ætate Parentes
Dilectæ sobolis funera rara suæ
Curare, luctu lacrymisq; prosequi;
Quam non maturâ ut soboles ætate Parentum,
Præsenti quorum fidâ ope semper eget,
Matura quamvis prosequatur funera.
Mundus? At immundum planè sexcenta subinde
Quem faciunt cunctis crimina nota locis,
Impunè quæ nostro patrantur tempore.
Gaudia præsentis seculi? Quæ nulla dabuntur,
Gaudia nî vocites Stupra nefanda, nisi
Cædes, Rapinas, Furta dicas gaudia.
Nominis horrendi divini nî quis abusum,
Cujus

Cujus ad auditum mens pia jure stupet,
Velit vocare seculi hujus gaudia.
Ni Pestem Bellumatq; Famem, quæ singula nostram
Hoc miserè Patriam tempore ubiq; pre-
munt,

Velis vocare seculi hujus gaudia.
Namq; quis haud plenus nostra hac ætate rapinis,
Exilijs, stupris, sanguine, cæde, locus?
Quis non querelis plenus est nunc angulus?
Ecquando tu istis tandem, Deus optime, finem
Impones lacrymis? Quando, benigne De-
us,

Præsentibus quando dabis finem malis?
At moveat *Pietas* & rara *Modestia*; cuius
Jam capio in Coelo præmia vera, novæ
Christo Coronam conferente gloriæ.
Grata tamen fuerit *Præsentia*, grata, Parentes
Quæ solita est toties exhilarare suos,
Gnatæ obsequentis illa *Conversatio*!
Gratior at longè Christi præsentia, quàm ipsum
De facie ad faciem mente videre datur
Cum Patre Filium Sacrumq; Spiritum.
Gratior & longè Patrum præsentia, sanctis
Quàm licet in Coeli sedibus usq; frui,
Et Angelorum amica conversatio.

Ergo

Ergo meum nolite obitum nolite, *Parentes,*
Plangere, quin lacrymas sistite quæso, no-
vas
Nolite sedes invidere *Filia,*

M. Petrus à Jena Scholæ
Sereftanæ Rector.



Nr 3027.

8

ULB Halle 3
002 804 379




77 → 01


VJ 77

Retros ✓

M







~~XL~~
In Præmaturum quidem, at verè-Beatum
Ex hac Vitâ Discessum
Puellæ

*Pietate, Elegantiâ Morum, Venustate Formæ
maximè conspicuæ*

CATHARINÆ

Viri Reverendi Clarissimi Humanissimi

D_n. M. ANDREÆ CRAMERI

Ecclesiæ DEI, quæ MAGDEBURGI
ad D. Johannis colligitur,
Pastoris Fidelissimi Meritissimi
Filix natus minoris,

Quæ anno 1618. die 6. Julij circa horam 5.
Matutinam nata,

Hujus anni die 5. Julij circa horam 5. Pomeridianam placidissimè in Christo obdormivit; Cum octo annos complerisset, deficientibus tantum 12. Horis.



MAGDEBURGI

Excudebat VVendelinus Pohl 1626.

